Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



112

sed etiam omnes reprobi; iacynctinas autem posuit peo
quod fumeas. Ex igne enim fumus egredit. Hoc etiam
ipse color iacynctinus indicat. qui speciem igris te
net. Quia in inferno erit ignis inextinguibilis. erit
et fumus qui miseros excecabit. ne ueram lucem iam ui
dere possint. Et sulphureas. id est putridas. Erit enim
ibi duplex pena. caloris et frigoris. Vnde iob. ad
calorem nimium transibunt ab aquis nimium. Erit
et fetor intolerabilis. quo cruciabuntur exusti igne
et frigore. atque a uermibus comesti. Et capita equo
tamquam capita leonum. quia et animas ut supdictum
est inficiunt. et fetorem male famie de se emittunt.
Per capita autem equorum auctores intelliguntur errorum
qui et fortes sunt ad conterendos infirmos. et cum se
simulent esse bonum odorem fetoribus inuicem replen
Vt enim supra memoramus os leonis et corpore dilani
at. et naturale fetorem egerit. Et de ore ipsorum
predit fumus et ignis et sulphur. Ab his tribus plagis
occisa est tertia pars hominum de igne et fumo et sulphu
re qui procedebat ex ore ipsorum. De ore autem eorum ignis
et fumus et sulphur egrediens tertiam partem hominum
occidit. quia uidelicet malorum predicatio sequacibus
suis eterna supplicia preparat. Que recte tormentum
impiorum uocatur: per quam ad illud multitudo impiorum
pueniet. Genus enim tropice locutionis est ab eo quod
peurit illud quod peuritur: ostendens. De ore illorum
predit ignis et cetera. quia propter illorum doctrinam hec
omnia uentura sunt eis. qui eam suscepiunt. Cum
autem in illa incurrerint. tunc experient quam amara